his tamentis nihil eē amarius:fructuq; dulcius.Fit & e ſcrobe eius medicamētū:ex aqua myrti deco
cta ſubacta & diuiſa in paſtillos:dyſentericis utiliſſimū pondere uictoriati[ſcū aquæ cyathis tribus.

Glans. Cap.iii.

GLans intrita duritias quas cacoethe uocant cū ſalſa axungia ſanat:uehementioreſq; liche
nas in omnibus cortex ipſe:corticiq; tunica ſubiecta.Hæc decocta iuuat cœliacos.Dyſente
ricis ēt illinitur:uel ipſa glans.Eadēq; reſiſtit ſerpentiū ictibus rheumatiſmis ſuppuratiōibꝰ
Folia & baccæ uel cortes uel ſuccus decocti proſunt cōtra toxica.Cortex illinitur decoctꝰ lacte uacci
no:ſerpētis plagæ.Datur ex uino dyſentericis.Eadem & ilici uis.

De cocco ilicis & galla & uiſco pilulis glande:& de cerri radice & ſubere. Cap.iiii:

COcū ilicis uulneribus ex aceto recentibus īponitur.Epiphoris ex aqua.& oculis ſuffuſis ſā-
guine inſtillatur.Eſt autem genus ex eo ī attica fere & aſia naſcens celerrime ī uermiculū ſe
mutans:quod ideo ſcolecion uocant:īprobantque.principalia eius genera diximus: Nec
pauciora genera gallæ fecimus:ſolidā.perforatam.item albam:nigram:maiorem:minorem.Vis om
niū ſimilis.optima comagena.Excreſcentia in corpore tollit.pſunt gingiuis uuæ. Oris exulceratio-
ni.Crematæ & in uino extinctæ cœliacis.Dyſentericis illinuntur.paronychiiſe x melle: & unguibus
ſcabris:pterygiis:ulceribus manantibus condylomatis:uulneribus:quæ phagedēica uocāt ī uino au
tē decoctæ auribus inſtillantur:oculis illinuntur.Aduerſus eruptiones & panos cum aceto.Nucleus
cōmanducatus dentiū dolorem ſedat.item intertrigines:& ambuſta.immaturæ ex iis ex aceto potæ
lyenem conſumiunt:Eædem crematæ & aceto ſalſo extinctæ menſes ſiſtunt:uuluaſque procidētes fo
tu omnes capillos denigrant.Viſcū e robore præcipuū diximus haberi:& quo conficeretur modo.
Quidam in aqua contuſū decoquūt:donec nihil innatet.Quidam commanducantes acinos expuūt
cortices optimū eſt.quod ſine cortice eſt quodque leuiſſimum:extra fuluum:intus porraceum . quo
nihil eſt glutinoſius:emollit:diſcutit.humore ſiccat.Strumas cū reſina & cæra panos mitigat omnis
generis.Quidam & galbanū adiciunt pari ponderē ſingulorum: eoq; modo & ad uulnera utuntur.
Vnguiū ſcabricias expollit.ſi ſeptenis diebus ſoluantur:nitroq; colluantur.Quidā ad religionem ef-
ficacius fieri putant prima luna collectū e robore ſine ferro.Si terram nō attigerit comitialibꝰ mede
ri conceptū fœminarum adiuuare:ſi omnino ſecum habeant.Vlcera commanducatu impoſituq; effi
caciſſime ſanari.Roboris pilulæ ex adipe urſino alopecias capillo replēt.Cerri folia & cortex & glās
ſicat collectiōes ſuppurationeſq;:fluitiōes ſiſtit Torpentes membrorū partes corroborat decoctum
eius fotu Cui & inſidere expedit ſiccandis aſtringendiſue partibus.Radix cerri aduerſatur ſcorpōibꝰ
Suberis cortex tritus ex aqua calida potus:ſanguinē fluentē ex utralibet parte ſiſtit.eiuſdē cinis ex ui
no calido ſanguinem excreantibus magnopere laudatur:

De fago & cupreſſo:& cydro magna.& de ce
dride.galbano. Cap.v.

FAgi folia manducantur in gingiuaꝝ laborumq; uitiis.Calculis glandis fagine cinis illini-
tur item cū melle alopeciis.Cupreſſi folia trita ſerpentiū ictibus imponūtur:& capiti cum
polenta ſi a ſole doleat.item ramici.Qua de cauſa & bibuntur.Teſtiū quoq; tumori cum
cærato illinutur.Capillū denigrant ex aceto.eadē trita cum duabus partibus panis mollis & e uino
amineo ſubacta pedū ac neruorum dolores ſedant.pilulæ aduerſus ſerpentium ictus bibūtur aut
ſi eiiciatur ſanguis collectionibꝰ illinuntur.Ramici quoq; teneræ tuſæ cū axungia & lomento proſūt
Bibūtur ex eadem cauſa.parotidi & ſtrumæ cū farina imponuntur.exprimitur ſuccus tuſis cū ſemīe
qui mixto oleo caliginem oculoꝝ aufert.itē uictoriati pōdere in uino potus illituſq; cū fico ſicca pin
gui exemptis granis uitia teſtiū ſanat.Tumores diſcutit:& cū fermēto ſtrumas. Radix cū foliis trita
potaq; ueſicæ & ſtranguriæ medetur.& contra phalangia Rameta pota mēſes ciūt.Scorpionū ictibꝰ
aduerſantur.Cædrus magna quā cædrelaten uocant dat picem quæ cædria uocatur dentiū doloribꝰ
utiliſſimā.Frugit eni eos & extrahit dolores ſædat cædri ſuccus ex ea quō fieret diximꝰ magni ad
lumina uſus:ni capitis dolorem inferret.Defuncta corpora incorupta conſeruat. Viuentia corrūpit
mira differentia:cū uitam auferat ſpirantibus.defunctiſq; pro uita ſit. Veſtes quoq; corrūpit: & aīalia
necat ob hoc non cenſeam in anginis hoc remedio ūtendū.neq; in cruditatibus: qđ ſuaſere aliqui:
dētes quoq; colluere ex aceto in dolore timuerī.uel grauitati aut uermibus auriū inſtillare.portentū
eſt quod tradunt:abortiuū fieri iuenere ante perfuſa uirilitate.phthiriaſeſperūgere eo nō dubitauerī
itemq; porrigines.Suadent & cōtra uenenū leporis marini bibere in paſſo.Facilius in elephātia. ſi il
linanť & ulcera ſordida & excreſcētia in iis.Auctores quidā & oculoꝝ albugines caligīneſq; inūxe
re eo & cōtra pulmonis ulcera cyathū eius ſorbere iuſſerunt.itē aduerſus tineas:Fit & ex ea oleū qđ
piſſeleō uocāt:uehemētioris ad omnia eadē uſꝰ.Cædri ſcobe ſerpētes fugari certū ē.itē baccis tritis